remptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios vera infringitate, pro maiori, minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Eductorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus, vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri, bello, conventionibus ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Itac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quarta in Vigilia Festi Visitationis Beatissimae Virginis Mariae, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

1/VII

Woronicz, Oleszkowski, & alii scriptum in rem Woyna Oranski Roborant. 7 23

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Gnosi

1818

Leo Casimirus Worowicz Subdapifer Novogrodensis, Lucas Stesskowski Werkiy, Dapifer Czerneechoviensis, Vladislaus Kosakowski, Venator Visnensis, Thomas Wnorowski, Christophorus Siliczi, Andreas Ognicki, Theodorus Rzewuski, Basilius Pankowski, Catharina Wisniowska, Theodorus Skorupski, Stanislaus Piotrowski Pocillator Trocensis, Michael Jasikowski, Albertus Wielobyski, Joannes Kupiec, Jacobus Zochowski, Michael, Florianus Wysocki, Gaspar Rudnicki, Dadzibogius Krzemowicz, Nicolaus Skorupski de Wysokie, Joannes Skorupski, suo et Gnosorum Andreae et Lucae Grabnych fratrum inter se germanorum, et aliarum quarumvis Personarum ad infrascripta pertinens, pro quorum ratihabitione cavent, ac se praesentibus inscribunt nominibus, sanimentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo; praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit, Quia ipsi omnes coniunctim et quilibet illorum seorsim unus pro altero fideiubendo, se ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis, habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, scriptum certum manuale per se Recognoscentes in rem et manus Generosi Alexandri Woyna Oranski Subdapiferi Novogrodensis ratione

certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de Actu et Data ipsius, hic Premisliae, Die ultima Iunii Anno praesenti confectum conscriptum, manibus sui Recognoscentium propriis subscriptum datum, in omnibus et singulis, eiusdem scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Damnis Terrestribus, ligamentis ac nexibus generaliter Universis, eidem Generoso Subdapifero Nouogrodensi firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eiusdem scripti manualis contentis, tam in toto, quam in quavis minima parte, toties, quoties opus fuerit satisfacere, Scriptum praefatum manuale, ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam, ad praedictum Scriptum manuale vicissim in toto referendo, Idque sub Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis per eosdem Recognoscentes, sive ipsorum Successores, praedicto Generoso Subdapifero Nouogrodensi, aut ipsius Posteris, ob non completionem scripti praefati manualis contentorum, omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Nihilominus iidem suprascripti Recognoscentes, debebunt et tenebuntur, prout se ac suos successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis Suprascripto Generoso Subdapifero Nouogrodensi eiusque Posteris inscribunt et obligant praesentibus, ipsum et eius Successores, ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiusvis conditionis, status, et sexus cuiusvis existentium, ex occasione praemissorum modo quovis exorienda, in omni Iudicio et Officio

Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare indemnemque cum Posteris reddere. Idque sub aliis similibus damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis, per eosdem Recognoscentes, sive ipsorum Successores, praedicto Generoso Subdapifero Novogrodensi, aut illius Posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro reliqua principali ex praemissis non completa complenda, Citati existente, memorati Recognoscentes, tam omnes in solidum, quam quilibet illorum seorsim, sive ipsorum Posteri, ad instantiam suprascripti Generosi Alexandri Woynarowski Subdapiferi Novogrodensis aut ipsius Successorum ad Iudicium Tribunalitium Regni Lublinense ex hinc recessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere Damna praefata Terrestria luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, pariter eosdem Terminos semper peremptorios, verae infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Enuchream, vel

aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non afferendis ad quietationem praeterea ultra proximos Iudicii praefati Tribunalitii Regni Lublinensis Terminos, Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac post omissa omnia Literis simplicibusque triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, bello Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hisce suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad ipsa omnia mediantibus.

Szuszycki Baczynskie[u] cedit.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus, Nobilis Iwan Szuszycki Popowicz sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto, nempe de summa Viginti Trium Florenorum Polonicalium, sibi ... cognoscenti per Nobilem Andream Baczynski Kotlowicz, olim Nobilis Alexandri Baczynski filium super Bonis ipsius propriis et haereditariis, videlicet Trzy Zagony Pola, ieden Zagon w Korczynie na Błoniu drugi pod Zołobkiem trzeci za Dniestrem, pułnivy 154.